



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

§. V. An Episcopus absoluere possit ab excommunicatione contracta ob
violatam ecclesiae immunitatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

- et seculari nullam fidem facit iurisdictione ecclesiastica *l. fin. C. si à non comp. l. d. Vulp. d. c. 3. n. 22. Lezan. in ver. Immun. ecclesiarum. nu. 28.*
109. Debet autem plenè, & concludenter constare de delicto in dicta constitutione excepto, antequam reum tradat curiæ seculari, quia per dictam constitutionem, requiritur, vt verè constet de delicto, & ideò admitti non debent præsumptiones, & coniecturæ *Ricc. in Prax. for. eccles. part. 2. ref. 38. & in collect. dec. 1792. p. 5. & alij apud Dian. p. 3. tr. 1. ref. 38. & par. 4. tr. 1. ref. 112. & par. 5. tr. 1. ref. 9.*
110. Refert tamen idem *Ricc. d. ref. 38. in fin. Clementem VIII. declarasse, quod sufficiunt sola indicia ad probandam qualitatem dictæ constitutionis.*

S. V.

An Episcopus absoluere possit ab excommunicatione contracta ob violatam ecclesie immunitatem.

111. **H**ic non loquimur, an Episcopus absoluere possit ab huiusmodi excommunicatione, quando crimen est occultum: in hoc enim casu certum est, quod Episcopus potest absoluere ex facultate sibi concessa à *Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap. 6. vt notat Bonacin. de Censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 16. n. 2.* sed sermo est, an Episcopus possit ab hac censura absoluere, quando crimen est publicum. Affirmatiuam sententiam in

hoc tenet *Vulp. in Prax. iudic. c. 3. nu. 29. Genuens. in Prax. Archiep. c. 17. n. 3. & 4. Ricc. in Prax. for. eccles. part. 2. ref. 333. & alij apud Dian. p. 1. tr. 1. ref. 41. Barbof. de off. & pot. Episc. par. 3. alleg. 5. n. 72. Bonacin. loc. cit. n. 1. quia hic casus non reperitur expressè reseruatus c. nuper de sent. excom.*

Alij verò asserunt, hanc censuram ob violationem immunitatis contractam, esse reseruata summo Pontifici, sic enim decisum fuisse in sacre penitentiariæ prætorio annuente Paulo V. testatur *Peregr. de immun. cap. 15. n. 16. què refert Di. loco cit. & ita declarasse Sac. Cong. dicit idem Dian. par. 6. tr. 1. resol. 34. Lezan. in sum. to. 3. ver. immunitas ecclesiarum n. 21. vbi etiam testatur de stilo curiæ Romanæ.*

112. Ad huiusmodi autem censuram incurendam nõ requiritur actus completus, sed sufficit attentatus, quia *Gregorius in d. consil. punit etiam attentantes, & ideò sufficit, quod fuerit deuentum ad aliquem actum exteriorem, etiam si extractio non fuerit subsequuta. Peregr. de immun. c. 14. nu. 7. Mar. Ital. eod. tract. lib. 1. cap. 6. §. 2. n. 60. Parinac. de immun. cap. 20. nu. 322. quos refert. & sequitur Dian. par. 1. tract. 1. ref. 15. Lezan. loco cit. nu. 21. non tamen sufficeret sola voluntas, seu ordinatio ad delinquendum: hæc enim regulariter non punitur, nisi processum sit ad aliquem actum ordinatum de præsentia ad ipsum factum, vt d. Ricc. in Prax. part. 3. resolut. 488.*